e | rara

www.e-rara.ch

Band 5

Commentaria in Secundam Epistolam ad Timotheum

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

A ¶ COMMENTARIA IN SECVNDAM EPISTOLAM AD TIMOTHEVM.

¶ Ca. I

Paulus apoſtolus ieſu chriſti/per voluntatē dei. Non meis meritis: ſiue a chriſto miſſus, non ſine dei uoluntate. b ¶ Secundū promiſſionem vitę quę eſt in chriſto ieſu. Condignum exhibens promiſſione ſeruitium. c ¶ Timotheo chariſſimo filio. Chariſſimo, id eſt cæteris chariore. d ¶ Gratia ⁊ miſericordia ⁊ pax a deo patre et chriſto ieſu domino noſtro. Talis eſt ſalutatio Pauli, ut in ea omnia patris & chriſti beneficia memorentur. e ¶ Gratias ago deo meo. Deo qui nos talem in alterutrum docuit charitatem. f ¶ Cui ſeruio a progenitoribus in conſciētia pura.

B Omis origo mea coluit unū chriſtum: nō maliuolētia ſed legis æmulatione uaſtabā. g ¶ Quod ſine intermiſſione habeam tui memoriā in orationibus meis/ nocte ac die deſyderās te videre. Et charitatem oſtēdit, & iugiter orādi prebet exemplum. h ¶ Memor lachrymarum tuarum/vt gaudio implear. Quas ꝓ me abunde profudiſti, ut & me ad triſticiam ꝓuocares: quas tua adopto præſentiā releuari. i ¶ Recordationem acciptēs eius fidei quę eſt in te non ficta: quę habitauit primū in auia tua loide. Quæ uere te

Iaco.2.d eſſe in opibus cōprobat: ſicut Iacob⁹ definiuit, & quæ ad te ex auiæ ſucceſſiōis inſtitutione, quaſi hæreditario iure deſcendit. k ¶ Et matre tua eunice. Quia prior credidit. l ¶ Certus ſum autem quod ⁊ in te. Propter quā cauſam admoneo te. Quia comprobaui fidem tuam, cōmoneri indiges non doceri. m ¶ Ut reſuſcites gratiā dei. Quaſi tribulationibus dormitantem. n ¶ Quę eſt in te per impoſitionem manuum mearum. Ad epiſcopatum ſcilicet. o ¶ Non enim dedit nobis deus ſpiritum timoris/ſed virtutis. Contēnendi pœnas. Illi merito humana ſupplicia uidentur formidare qui peccant: ut alibi dicit: Si autem malefeceris, time.

Roma.31.a p ¶ Et dilectiōis ⁊ ſobrietatis. Siue pro domino ſiue pro alterutro. Libenter etiam moriamur, ut omnia ſobria mēte faciamus. q ¶ Noli itaq; erubeſcere teſtimoniū domini noſtri/ neq; me vinctum eius. Quia nihil confuſione

C dignum chriſtus exercuit: ſed nec ego quem noſti, ob aliquod crimen, ſed propter deum hæc omnia quæ patior ſuſtineo. r ¶ Sed collabora euangelio. Tua conuerſatione ſiue doctrina. s ¶ Secundū virtutem dei. Quæ ſua cauſa adiuuat laborantes. t ¶ Qui nos liberauit ⁊ vocauit vocatione ſancta. Scilicet a peccatis. v ¶ Non ſm opera noſtra/ſed ſm propoſitum ſuum ⁊ gratiā, quę data eſt nobis in chriſto ieſu. Quo propoſuit nos gratis ſaluare per chriſtū. x ¶ Ante tempora ſecularia. Quantum ad præſcientiam dei, ante ſæcula iam donauit. Nā homines ſolent filijs parare ꝑdia, priuſq̄ naſcantur. y ¶ Manifeſtata eſt autē nunc. Quæ ante latebat. z ¶ Per illuminationem ſaluatoris noſtri ieſu chriſti. Verbis ſcilicet & exemplis. a ¶ Qui deſtruxit quidem mortem: illuminauit autem vitam ⁊ incorruptionem.

D Doctrina ſua & conuerſatione deſtruxit peccata, quæ mortem hominis generabant, & oſtēdit quomodo uita & incorruptio quæratur. b ¶ Per euāgelium. Volentes docuit, non coegit inuitos. c ¶ In quo poſitus ſum ego prędicator ⁊ apoſtolus ⁊ magiſter gentium. Ad cōparationem aliorum poſſūt dici magiſtri. Ad comparationem nemo magiſter uerus. d ¶ Ob quam cauſam hęc patior. Nō ob aliquod crimen, ſicuti nos pati Petrus 1.Pe.4.d hortatur dicens: Nemo ueſtrū patiatur quaſi homicida, ſi autē ut chriſtianus, non erubeſcat. e ¶ Sed non confundor. Hic non erubeſcit in catenis, cum nos in ſolis opprobrijs confundimur. f ¶ Scio enim cui credidi ⁊ certus ſum / quia potens eſt. Scio enim eum fidelem & potentem. g ¶ Depoſitum meum ſeruare in illum diem. Apud me ipſe qđ depoſuit, conſeruabit: ſiue quod ego apud illum commendo, reſtituet in futuro. h ¶ Formam habe ſanorum verborum quę a me audiſti in fide ⁊ in dilectione in chriſto ieſu. Secundum meam formam uide & doce, quā a me breuiter accepiſti, quomodo integre credere & alterutrum diligere debeamus.

i ¶ Bonum depoſitum meum cuſtodi per ſpiritumſanctum qui habitat in vobis. Quod apud te per ſpiritumſanctum commendaui: adiutorio eius depoſitum cuſtodi.

Scis enim hoc

---

a Paulus apoſtolus ieſu
chriſti, per uoluntatem dei ſecun-
b dūm promiſſionem uitæ quæ eſt
c in chriſto ieſu, timotheo chariſſi-
d mo filio: Gratia & miſericordia &
pax a deo patre & chriſto ieſu do/
e mino noſtro. Gratias ago deo
f meo: cui ſeruio a progenitoribus meis in conſcientia
g pura: quod ſine intermiſſione habeam tui memoriam
in orationibus meis, nocte ac die deſyderans te uidere.
h Memor lachrymarum tuarum, ut gaudio implear: re/
i cordationem accipiens eius fidei quæ eſt in te non fi/
cta: quæ & habitauit primum in auia tua loide: & ma/
k l tre tua eunice: certus ſum autem quod in te. Propter
m quam cauſam admoneo te: ut reſuſcites gratiam dei
n quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.
o Non enim dedit nobis deus ſpiritum timoris, ſed uir
p q tutis & dilectionis & ſobrietatis. Noli itaq; erubeſce
re teſtimonium domini noſtri: neq; me uinctum eius,
r s ſed collabora euangelio ſecundum uirtutem dei: qui
t v nos liberauit & uocauit uocatione ſua ſancta: non ſe-
cundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuū
x & gratiam quæ data eſt nobis in chriſto ieſu ante tem
y z pora ſæcularia. Manifeſtata eſt autem nunc per illumi/
a nationem ſaluatoris noſtri ieſu chriſti, qui deſtruxit
quidem mortem: illuminauit autem uitam & incorru-
b c ptionem per euangelium: in quo poſitus ſum ego præ
d dicator & apoſtolus & magiſter gentium. Ob quā cau
e f ſam etiam hæc patior: ſed non confundor. Scio enim
g cui credidi & certus ſum, quia potens eſt depoſitum
h meum ſeruare in illum diem. Formam habe ſano-
rum uerborum quæ a me audiſti in fide & in dile-
i ctione in Chriſto Ieſu. Bonum depoſitum cuſtodi
per ſpiritumſanctum qui habitat in nobis.

Scis enim hoc

a Scis enim hocquod auerſi ſunt a me omnes qui in aſia
b ſunt:ex qbus eſt phygelus & hermogenes. Det miſeri-
cordiã dñs oneſiphori domui: quia ſæpe me refrigera/
c uit:& catenã meã nõ erubuit:ſed cũm rhomã ueniſſet,
ſollicite me quæſiuit & inuenit. Det illi dñs inuenire mi
ſericordiã a dño in illa die. Et quanta epheſi miniſtra
uit mihi,tu melius noſti. ❡Ca. II

d TV ergo fili mi confortare in gratia quæ eſt in
chriſto ieſu:& quæ audiſti a me per multos te
e f ſtes, hæc cõmenda fidelibus hominibus qui
g idonei erunt & alios docere. Labora ſicut bonus miles
h chriſti ieſu. Nemo militans deo implicat ſe negocijs
i ſæcularibus,ut ei placeat cui ſe probauit. Nam & qui
certat in agone,nõ coronabit͛ niſi legitime certauerit.
k Laborantẽ agricolã oportet primũ de fructibus accipe.
l Intellige quæ dico. Dabit em̃ tibi dñs in omnib⁹ intelle
m ctum. Memor eſto dominũ ieſum chriſtum reſurrexiſ-
n ſe a mortuis ex ſemine dauid ſecundũ euangeliũ meũ
o in quo laboro uſq; ad uincula quaſi male operans:ſed
p q uerbum dei non eſt alligatũ. Ideo omnia ſuſtineo pro
r pter electos:ut & ipſi ſalutẽ conſequant͛ quæ eſt in chri
s ſto ieſu cũ gloria cœleſti. Fidelis ſermo:nam ſi cõmortui
t ſumus,& cõuiuemus:ſi ſuſtinemus,& cõregnabimus:ſi
v negauerimus;& ille negabit nos:ſi nõ credimus, ille fi-
x delis permanet:negare ſeipſum non poteſt. Hæc cõmo
y ne teſtificans coram deo. Noli contendere uerbis: ad ni
z hil em̃ utile eſt,niſi ad ſubuerſionẽ audientiũ. Sollicite
a autẽ cura teipſum probabilem exhibere deo: operariũ
b c incõfuſibilẽ,recte tractantẽ uerbum ueritatis. Propha-
na autẽ & uaniloquia deuita. Multũ em̃ pficiũt ad im/
d e pietatẽ:ſermo eorũ ut cancer ſerpit. Ex quib⁹ eſt hyme/
f næ⁹ & philet⁹,q a ueritate exciderũt,dicẽtes reſurrectio
nem iam

F a ❡Scis em̃ hoc qd auerſi ſunt a me oẽs qui in aſia ſunt ꝛc. Idcirco te cõmoneo,quia quos non putabam me dereliquerunt. b ❡Det miſericordiam dñs oneſiphori domui ꝛc. Vituperat deſertores, & laudat permanentes: ut deterreat ab imitatione mala,& ad exemplũ prouocet bonum. c ❡Sed cum rhomã ueniſſet/ ſollicite quęſiuit ꝛ inuenit ꝛc. Idcirco iuenit,qa ſollicite quæſiuit: unde & oſtẽdit͛: quia idcirco nõ omnes quærentes inueniũt: quia negligenter inquirunt. ❡Ca. II

d ❡TV ergo fili mi confortare in gratia quę eſt in chriſto ieſu ꝛc. Siue præſentibus multis, tibi dedi mãdata qualiter docere debeas:ſiue quæ dixi, multis prophetarum exemplis & teſtimonijs cõfirmaui. e ❡Hęc cõmenda fidelibus hominib⁹. Qui fideliter poſſunt gratiã dei diſpenſare:hoc eſt ſolius dei cauſa prædicare. f ❡Qui idonei erunt ꝛ alios docere. Non ſolũ ipſi facere,ſed & alios erudire. g ❡Labora ſicut bonus miles chriſti ieſu. Ideo milites dicimur,qa hoſtes habemus, cõtra qs laborioſe debem⁹ dimicare. h ❡Nemo militans deo/ implicat ſe negocijs ſęcularib⁹ ꝛc. Cõparatione militantiũ utitur:ut oſtendat multo magis nos a negocijs ſæcularib⁹ liberos eſſe debere,ut chriſto placeamus:cũ etiam ſæculi milites a reliquis actibus uacẽt,ut poſſint impatori ſuo placere pfecte. i ❡Nam ꝛ qui certat in agone ꝛc. Alia comparatione idipſum dicit. Multi em̃ certant,ſed ille ſolus q tota uirtute uicerit coronat͛. k ❡Laborantẽ agricolam oportet primũ de fructib⁹ accipe. Ne diceret: unde ergo uicturus ſum, ſi me totũ occupauero in doctrina : oſtendit eũ primitias fructuũ a populo debere accipe,præter mercedem quam a domino accipiet in futuro. l ❡Intellige quę dico:dabit em̃ tibi dñs in om̃ibus intellectũ. Eorũ q̃ propter quærẽtes occaſionẽ,cõparationis uelamine fuerat obumbrata. m ❡Memor eſto dñm ieſum chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine dauid. Hoc contra illos qui carnis reſurrectionẽ negant,cõſequẽter etiam chriſti negabant:ſed & aduerſus illos qui negant chriſtũ in carne ueniſſe:qs iohãnes antichriſtos appellat. n ❡Scdm euãgeliũ meũ. Secũdũ qd me prædicare nõ neſcitis. o ❡In quo laboro uſq; ad vincula quaſi male operãs. Non tamen male. p ❡Sed verbũ dei nõ eſt alligatũ. Quia & præſentes fiducialiter doceo, & literis abſentes confirmare non

G ceſſo. q ❡Ideo omnia ſuſtineo ꝑpter electos. Ideo tribuni auxiliũ petiui ac poſtea cæſarem appellaui,ut p me cõfirmentur,cũ has paſſiones potuerim moriẽdo finire. r ❡Ut ꝛ ipſi ſalutẽ ꝯſequant͛ quę eſt in chriſto ieſu ꝛc. Quæ ſalus in chriſto,eſt nõ nuda ſed gloria ueſtita:nec terrena gloria ſed cœleſti. s ❡Fidelis ſermo:nã ſi cõmortui ſum⁹ ꝛ cõuiuemus. Veritatis ratione ſubnixus. Si em̃ a uitijs & uoluptatib⁹ ſumus cõmortui chriſto, uiuemus cũ illo. Alioquin quõ ſperare poterimus hoc? t ❡Si ſuſtinemus ꝛ conregnabimus. Si ſuſtinuerimus cum neceſſe fuerit quod ille ſuſtinuit, tunc demũ regnare poterimus ſimul. v ❡Si negauerimus/ ꝛ ille negabit nos : ſi non credimus/ ille fidelis pmanet: negare ſeipſum non põt. Siue credam⁹ ſiue nõ credam⁹,nõ aliud poteſt exhibere ſingulis q̃ pmiſit. Quia ueritas cõtra ſe nõ facict, ne ſe negare uideat͛. x ❡Hęc cõmone teſtificãs corã deo. Sub teſtificatiõe dei cõſtringe. y ❡Noli cõtẽdere verbis. Sine teſtimonijs ſcripturarum huiuſmodi etiã contentio nõ ædificat ſed deſtruit audiẽtes:putant enim omnia acumine & ſubtilitate ſubſiſtere: Siue noli uerbis uincere ſed factis. z ❡Sollicite autem cura teipſum probabilem exhibere deo. Ante omnia hoc labora,ut talẽ te apud deũ exhibeas,quo merito poſſit tibi popul⁹ obaudire. a ❡Operariũ incõfuſibilẽ. Ita uiue ne dicta factis deficientibus erubeſcant.

H b ❡Recte tractantẽ verbũ veritatis. Ille recte tractat,q exẽplis ſua dicta confirmat. Ornamẽtum enim uitæ,doctrina:firmamentũ uerbi,opus. c ❡Prophana autẽ ꝛ uaniloquia deuita:multũ em̃ proficiũt ad impietatẽ. Irreligioſas hæreticorũ fabulas qui negant reſurrectionẽ, per qs utiq; iudicis timore ſublato,ad omnem impietatẽ & ad cuncta crimina peruenit͛. d ❡Et ſermo eorum ut cancer ſerpit. Cancer dicitur uulnus quod in mãmillis naſcitur fœminarum : cui niſi cito ſubuentum fuerit, cum uirus ad cor ſerpẽdo puenerit,nullũ remedium eſt. Ita & hæreticorũ ſunt uitãda colloquia:ne p aures irremediabiliter uulnerent mẽtes. e ❡Ex quibus eſt hymenęus ꝛ philetus qui a veritate exciderũt. Nomina ſignat,ut nouerit quos debeat præcauere. f ❡Dicẽtes reſurrectionẽ iam factam ꝛ ſubuertunt quorundã fidem. In filijs,ſiue oſſa uiuificata in Eçechiele iſraelis interpretabantur de captiuitate collecta quaſi reſurrexiſſe.

nem iam factam: & subuerterunt quorundam fidem.
a Sed firmūm fundamentum dei stat, habens signaculū
b hoc. Cognouit dominus qui sunt eius: & discedat ab ini
c quitate omnis qui inuocat nomen domini. In magna
d autem domo: nōn solum sunt uasa aurea & argentea,
e f sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorē,
quædam autem in contumeliam. Si quis ergo se emun
dauerit ab istis, erit uas in honorem sanctificatum: &
g utile domino ad omne opus bonum paratum. Iuueni
h lia autem desyderia fuge: sectare uero iusticiam, fidem,
i k spem, charitatem & pacem cum his qui inuocant domi
l num de corde puro. Stultas autem & sine disciplina
m quæstiones deuita: sciens quia generant lites. Seruum
n autem domini non oportet litigare, sed mansuetū esse
o ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corri
p pientem eos qui resistunt ueritati: nē quando det illis
deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem: & re
sipiscāt a diaboli laqueis: a quo captiui tenēt ad ipsius
uoluntatem.

¶ Ca. III

q Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus in
r stabūt tempora periculosa: & erunt homines
s t seipsos amantes: cupidi, elati, superbi, blasphe
v mi: parentibus nō obedientes: ingrati, scelesti: sine affe
x y ctione: sine pace, criminatores, incontinētes, imites: sine
z a benignitate: proditores: proterui, tumidi, & uoluptatū
b amatores magis q̄ dei. Habentes speciem quidem pie
c d tatis: uirtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita.
e Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas du
f cunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducūtur uarijs
g desyderijs: semp discentes & nunq̄ ad scientiā ueritatis
h peruenietes. Quemadmodū autē Ianes & Iambres re
i stiterūt moysi: ita & hi resistunt ueritati: homines cor
k rupti mente: reprobi circa fidē: sed ultra non proficient.

Insipientia

A a ¶ Sed firmū fundamentū dei stat/ habēs signaculū hoc. In quorū corde fides christi erat fundata, non sunt seducti uel moti: & hoc quia dei essent habentes iudiciū, sicut (Nume.16.c) Moysi tempore fuit in quo Dathan & Abiron subuersi sunt: non simul cum impijs perierunt deo illos esse optime cognoscēte: ut in Numeri scriptū est libro. b ¶ Cognouit dominus q̄ sunt eius: ⁊ discedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. Vt si non simul pereat cum iniquis. c ¶ In magna autem domo. Magnā domū, non ecclesiā dicit ut q̄dā putāt, quæ nō habet maculā neq; rugā, sed mundum. Vnde ait Hieremias: (Baruch.3.c) O israel q̄ magna est domus domini &c. In qua sunt zizania mixta cum tritico: nam resurrectionē negātes, in eccl̄ia esse nō possūt. d ¶ Nō solum sunt vasa aurea ⁊ argentea. Preciosa & fortia. e ¶ Sed ⁊ lignea ⁊ fictilia. Infirma. f ¶ Et quędam quidē in honorē: quędā autē in contumeliā: si quis ergo se emūdauerit ab istis ⁊c. Si quis se a doctorib⁹ hæreticis mūdauerit, & crediderit in resurrectionē futuram, iudiciū dei, per omne opus bonū implere studet. B g ¶ Iuuenilia autem desyderia fuge. Quia hi ex senioribus esse non possunt, si hæc agāt quæ grauitati non conueniunt christianæ, & a iuuenibus uincūtur si habeant leuitatem. h ¶ Sectare vero iusticiam/fidem/spem/charitatem. Hic fidem integritatem dicit. i ¶ Et pacē. Illā pacē quæ religioni debet. k ¶ Cum his qui inuocant dominum de corde puro. (Luc.6.g) Beati mundo corde: de quibus dicitur: quid me uocatis deum, & non facitis quæ dico? l ¶ Stultas autem ⁊ sine disciplina quęstiones deuita: sciens quia generāt lites. Stultæ omnes & sine disciplina legis sunt quæstiones. m ¶ Seruum autem domini non oportet litigare. Seruus est christi, qui nō clamauit neq; contēdit neq; audiuit quisq; uocē eius, secundū quod Doeg propheta prædixit. n ¶ Sed mansuetum esse ad omnes. Non solum ad amicos. o ¶ Docibilem/patientem/cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati. Omnes semper docere patienter, non in furore, sed cum modestia. p ¶ Ne quando det illis deus penitentiam ad cognoscendam veritatem: ⁊ resipiscant a diaboli laqueis a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Non de dei bonitate dubitat, sed de accipientiū prauitate. Det illis deus perpetuā

C mitem, blandamq; correptionē, ut accepta ratione resipiscant. Simul & contra Nouatianos pœnitētiæ negatores qui hæreticos conuersos ueniam nō posse consequi perhibent. ¶ Ca. III Hoc autem scito/ quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. Non sit tibi mirum quod quotidie peiora ueniunt. r ¶ Et erunt homines seipsos amantes. Non dei gloriam, sed sua quærentes. s ¶ Cupidi/elati. Auari & in auaricia iactabundi. t ¶ Superbi blasphemi. Cum nolint discere, doctrinā usurpant. v ¶ Parentibus non obedientes: ingrati/scelesti/sine affectione. Veterib⁹ scilicet doctoribus, qui eos per euangelium genuerūt. x ¶ In pace/criminatores. Pacis sanctorum. y ¶ Incontinentes/immites/sine benignitate. In omnibus uitijs. z ¶ Proditores. Inuicem occupantes. a ¶ Proterui/ tumidi voluptatum amatores magis q̄ dei. Sollicitudo indicium est abundantioris amatoris, qui enim sæculi uoluptates q̄ domini præcepta libentius audit aut loquitur, talis est. D b ¶ Habētes speciem quidē pietatis. In habitu uel doctrina. c ¶ Virtutem autem eius abnegantes. Ipsam rem operibus abnegantes. d ¶ Et hos deuita. Ne corrumpant, mores bonos, colloquia praua. e ¶ Ex his enim sunt qui penetrant domos: ⁊ captiuas ducūt mulierculas oneratas peccat. Illas capiūt quæ sunt oneratæ peccatis, impunitatē illis ac ueniā promittētes: siue infirmas mentes quæ fœminis cōparātur. f ¶ Quę ducunt varijs desyderijs. Noua semper discere cupientes. g ¶ Semp discentes ⁊ nunq̄ ad scientiam veritatis perueniunt. Quia nihil definitum tenēt: quisq; traditiones uult tenere diuersas, nō pbatas. Ab uno em̄ dicta ab alio destruunt. h ¶ Quēadmodū aūt iamnes ⁊ iābres restiterūt moysi: ita ⁊ hi restiterūt veritati. Sicut illi p magicæ artis pstigias: ita & isti p argumētorū fallaciā. Simulq; ostendit moysen ueritatis fuisse doctorē aduersus obtrectatores ueteris testamēti. i ¶ Homines corrupti mēte reprobi circa fidē. Tam moribus corrupti q̄ circa fidem reprobi. k ¶ Sed vltra nō proficient. De omnibus hæreticis dicit, sed de his quos tunc cito nouerat in spiritu destruēdos. Cæterum ipse inferius quosdam in peius profecisse prædixit.

Insipientia

a Inſipiẽtia enim eorum manifeſta erit omnibus: ſi-
b cut & illorum fuit. Tu autem aſſecutus es meam do/
ctrinam: inſtitutionem, propoſitum, fidem, longanimi
c tatem, dilectionem, patientiam, perſecutiones, paſſio-
nes: qualia mihi facta ſunt antiochiæ, iconij, lyſtris: qua
d les perſecutiones ſuſtinui: & ex omnibus eripuit me do
e minus. Et omnes qui pie uolunt uiuere in chriſto ieſu,
f perſecutionẽ patientur. Mali autem homines & ſedu/
ctores proficient in peius, errãtes & in errorem mitten/
g h tes. Tu uero ꝑmane in his quæ didiciſti, & credita ſunt
i tibi, ſciens a quo didiceris. Et quia ab infantia ſacras lit-
k teras noſti quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fi-
l dem quæ eſt in chriſto ieſu. Omnis enim ſcriptura di/
uinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguen-
dum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſticia: ut
perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum inſtru/
ctus.

¶ Ca. IIII

m Teſtificor coram deo & chriſto ieſu qui iudi-
caturus eſt uiuos & mortuos: & per aduẽtum
n ipſius & regnum eius: prædica uerbum: inſta
o opportune importune: argue, obſecra, increpa in omni
p patientia, & doctrina. Erit enim tempus cum ſanam
q doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſyderia coa/
r s ceruabũt ſibi magiſtros prurientes auribus: & a uerita/
te quidem auditum auertent: ad fabulas autem con-
t v uertentur. Tu uero uigila: in omnibus labora: opus
x fac euangeliſtæ: miniſterium tuum imple: ſobrius eſto.
y Ego enim iam delibor: & tempus reſolutionis meæ
z inſtat. Bonum certamen certaui: curſum conſummaui,
a b fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſti
ciæ: quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iu-
c d dex. Non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt
e aduentum eius. Feſtina ad me uenire cito. Demas em̃
me dereliquit diligens hoc ſæculum: & abijt Theſſa-
f lonicam, Creſcens in Galatiam: Titus in Dalmatiam:
g Lucas eſt mecum ſolus. Marcum aſſume & adduc
tecum: eſt enim mihi utilis in miniſterio. Tychi-
h cum autem miſi Epheſum. Penulam quam reliqui
troade

E a ¶ Inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus ſicut & illorum fuit. Confeſſi ſunt, ſed digito ſuperato. b ¶ Tu autem aſſecutus es meam doctrinam &c. Plus tibi crede de me ꝙ illis: ſiue idcirco tibi non timeo, quia ſcio te doctrinam & uirtutem meam optime cognouiſſe. c ¶ Perſecutiones / paſſiones / qualia mihi facta ſunt antiochię &c. Ex his potuiſti cognoſcere, me nihil propter homines facere qui tanta ſũ paſſus. d ¶ Et ex omnibus eripuit me dominus. Ita & te de omnibus eripiet, ſi ſequaris. e ¶ Et omnes qui pie volunt viuere in chriſto, perſecutionem patientur. Non ſolum ego, ſed & omnes, qui non occidũt animas in adulando. Timendum ergo nobis eſt, ne non pie uiuamus, qui nihil patimur propter deum. f ¶ Mali autẽ homines & ſeductores proficient in peius errãtes & in errorem mittentes. Hoc de adulatoribus dicit, qui dum a ſtultis hominibus diligũtur magis decepti decipiunt: ſiue de hæreticis accipiendum.

F g ¶ Tu vero permane in his quę didiciſti. Nolo iſta te terreant uel ſeducãt. h ¶ Et credita ſunt tibi. A deo per nos. i ¶ Sciens a quo didiceris: & qui ab infantia ſacras litteras noſti. Siue a uero apoſtolo, ſiue ꝑ legẽ a deo. k ¶ Quę te poſſunt inſtruere ad ſalutẽ ꝑ fidẽ &c. Sine fide em̃ chriſti, iam nõ ſufficiunt ad ſalutem. l ¶ Omnis em̃ ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docẽdũ &c. Ideo data eſt legis inſtructio, ut ei⁹ cõſilio cũcta facientes, iuſte iuſta faciamus.

¶ Ca. IIII

Teſtificor coram deo & chriſto ieſu qui iudicatur⁹ eſt viuos & mortuos &c. Conteſtatur illum per uniuerſa quæ credit religio chriſtiana, ut uerbum dei inſtanter annũciet. Qui iudicaturus eſt uiuos & mortuos. Quia uiuos inueniet, mortuos ſuſcitabit. n ¶ Prędica verbũ: inſta opportune / importune. Opportunũ eſt libenter audire. Importunũ eſt inuito prædicare. o ¶ Argue / obſecra / increpa in omni patientia & doctrina. Argue peccantes, conteſtare ne peccent. Increpa reſiſtentes: ſed hæc omnia cum patientia & ſecundũ doctrinam.

G p ¶ Erit tempus cum ſanam doctrinã non ſuſtinebunt. Veram & perfectam: ſicut iſrael audire noluit prophetas. q ¶ Sed ad ſua deſyderia coaceruabũt ſibi magiſtros. Tales magiſtros inquirent, qui ea dicũt quæ ipſi audire deſyderant, ut ſecuri delinquant. r ¶ Prurientes auribus. Qui delectare deſyderant, non compungere. s ¶ Et a veritate quidẽ auditũ auertent: ad fabulas autem conuertentur. A ueritate legis quæ uitia dãnat, ad ratiões humanas, quæ deũ ut piũ non uindicaturũ eſſe concinnat. t ¶ Tu vero vigila: in omnib⁹ labora. Quæ ad utilitatẽ pertinent audientium. v ¶ Opus fac euangeliſtę. Verbum tuum, operibus conformetur. x ¶ Miniſteriũ imple &c. Epiſcopatus ſcilicet. Non em̃ ſemꝑ ero in corpore ut ualeam cõmonere. y ¶ Ego em̃ iam delibor / & tẽpus reſolutionis meę inſtat. Mortem ſuam, ſacrificiũ deo futurũ dixit, ut eum ad martyrium prouocet. z ¶ Bonũ certamen certaui &c. Modo iam confidenter hoc dicit, in extremo uitæ limite conſtitutus: comparatione autẽ utitur in agone certantiũ. a ¶ Fidem ſeruaui. Fidem ſuſcepti officij in finem uſqꝫ ſeruaui. b ¶ In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticię / quã reddet mihi dñs in die illa iuſtus iudex. Qui nouit me uſqꝫ ad mortem pro iuſticia dimicaſſe. c ¶ Non ſolũ autem mihi. Quia nõ perſonis debetur meritum, ſed labori.

H d ¶ Sed & his qui diligunt aduentum eius. Qui gaudent adueniſſe chriſtum & iuſticiã docuiſſe. Siue q ſic agunt ut aduentũ domini libenter expectent. e ¶ Feſtina ad me venire cito. Demas me dereliquit diligens hoc ſeculũ &c. Neceſſe erat ut diligẽs ſæculũ, non amantẽ ſæculum relinqueret. Omne em̃ anĩal ad ſibi ſimile cõiungit. f ¶ Creſcẽs in galatiã: titus in dalmatiã: lucas eſt mecũ ſolus. Iſti miſſi ſũt, non deſeruerũt. Eccl. 13. g ¶ Marcũ aſſume & adduc tecũ: eſt em̃ mihi vtilis in miniſterio &c. Verbi dei, uel cuiuſlibet neceſſitatis. h ¶ Penulã quã reliqui troade apud carpũ &c. Non dixit penulam meam: potuit enim conuerſus aliquis, ad pedes eius inter cætera impoſuiſſe uendendam.

Alexander

A a Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit: reddat illi dñs ſm opera eius. Quoniã uerbis dei reſtitit, cum habebãt rationẽ. b Quem ⁊ tu deuita. Monet caueri latrãtes. c Valde eñi reſtitit verbis noſtris. Si noſtris reſtitit, quanto magis tuis? d In prima mea defenſione nemo mihi affuit ⁊c. Qñ primũ cœpi euãgeliũ defendere. e Dñs mihi aſtitit ⁊ ꝯfortauit me. Cum dicit ſibi dominum in omnibus affuiſſe: ne timeat cohortatur. f Vt ꝑ me prędicatio impleatur ⁊ audiãt omnes gẽtes. Non quod ego mori timerem. g Et liberatus ſum de ore leonis. Perſecutoris. h Liberauit me dominus ab omni opere malo. Ab inſidiantiũ malignitate. i Et ſaluũ faciet in regnum ſuum cęleſte. Quomodo hic liberat, ita in regnũ ducit. k Cui gloria in ſecula ſeculorum. Ob hæc omnia. l Trophinũ autem reliqui infirmum myleti ⁊c. Hic probatur quia non propter ſanitatẽ carnalẽ tantũ apoſtoli curabant, ſed ut etiã
B ſigna monſtrarẽt, qa hic ſuũ diſcipulũ nõ curauit. m Dñs ieſus chriſtus cum ſpiritu tuo. Quia carne mortuus, ſpiritaliter uiuis.

Commentariorum in epiſtolã ad Timotheum finis.

troiade apud carpum ueniens affer tecum & libros:
a maxime autẽ & membranas. Alexãnder ærarius multa mala mihi oſtẽdit: reddet illi dominus ſecundũ ope-
b c ra eius: quẽm & tu deuita. Valde ẽnim reſtitit uerbis
d noſtris. In prima mẽa defenſione nemo mihi affuit, ſed
e omnes me dereliquerunt: nõ illis imputetur. Dõminus
f autem mihi aſtitit & confortauit me: ut per me prædi-
g catio impleatur: & audiant omnes gentes: & liberatus
h ſum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni ope
i k re malo: & ſaluum faciet in regnum ſuum cœleſte: cui gloria in ſæcula ſæculorum: Amen. Saluta priſcum & aquilam & oneſiphori domum. Eraſtus remanſit co-
l rinthi. Trophimum autem reliqui infirmum mileti. Feſtina ante hyemem uenire. Salutant te eubulus & pu-
m dens & linus & claudia & fratres omnes. Dominus ieſus chriſtus cum ſpiritu tuo. Gratia uobiſcum. Amen.

Epiſtola ad Titum.

n o p PAulus ſeruus dei apoſtolus autem ieſu chriſti ſecundũ fidem electorum dei: & agnitionẽ ueritatis: quæ ſecundũ pietatẽ eſt in ſpem uitæ æternæ: quã prõmiſit
q r qui non mentitur deus ante tempo-
s ra ſæcularia: mãnifeſtauit autem temporibus ſuis uer-
t bum ſuum in prædicatiõne: quæ credita eſt mihi ſecun
v dũ præceptum ſaluatoris noſtri dei: Tito dilecto filio ſecundũ communem fidem: Gratia & pax a deo patre
x & chriſto ieſu ſaluatore noſtro. Huius rei gratia reliqui te cretæ: ut ea quæ deſunt, corrigas: & conſtituas per ci-
y uitates preſbyteros: ſicut & ego diſpoſui tibi: Si quis ſi-
z ne crimine eſt, unius uxoris uir, filiõs habẽs fideles nõ
a in accuſatione luxuriæ: aut non ſubditos. Oportet eñ
b epiſcopum ſine crimine eſſe ſicut dei diſpenſatorem:
c nõn ſuperbum; non iracundũ; nõ uinolentũ; nõ ꝑcuſſo
d e rẽ: non turpis lucri cupidum: ſed hõſpitalẽ, bẽnignum, ſobrium

COMMENTARIA IN EPISTOLAM AD TITUM.

Ca. I

PAulus ſeruus dei. Non peccati. o Apoſtolus ieſu chriſti. Non omnis ſeruus apoſtolus. Ideo autẽ chriſti: quia ab ipſo miſſus fuerat prædicare. p Scdm fidem electorum dei ⁊ agnitionẽ veritatis ⁊c. Secundũ eam fidem, qua credentes electi ſunt, cũ cognoſcerẽt ueritatẽ: quæ agnitio non ex merito eſt, ſed ex dominica ueritate. q Quam prõmiſit qui non mentitur deus. Si non mentitur, non exhibet aliud ꝙ quod promiſit, iuſtis ſcilicet & iniuſtis: quis hominibus durum eſſe uideatur. r Ante tempora ſęcularia. Ante omnia tempora apud ſe propoſuit per filium ſaluare credentes. s Manifeſtauit autem temporibus ſuis verbum ſuum. Tunc manifeſtauit conſilium ſuum, quãdo præſcierat factum eſſe omnem ſcilicet mundũ a iuſticia diuerſum.
C t In prędicatione quę credita eſt mihi ſecundũ pręceptum ſaluatoris noſtri dei. Quo paulum & barnabam ſegregare præcepit ut gentibus prædicarent. v Tito dilecto filio ſm communem fidem gratia ⁊ pax a deo patre ⁊ chriſto ieſu ſaluatore noſtro. Secundum fidem filius, non natura. x Huius rei gratia reliqui te cretę: vt ea quę deſunt corrigas ⁊ conſtituas per ciuitates preſbyteros ſicut ⁊ ego diſpoſui tibi. Quæ deſunt, recto tenore corrige, & tunc demum preſbyteros poteris ordinare cum oẽs in eccleſia fuerint recti. y Si quis ſine crimine eſt, vnius vxoris vir. Notandũ
D qđ in ſacerdote etiam alijs licita prohibentur. z Filios habens fideles, nõ in accuſatione luxurię: aut nõ ſubditos. Ne non poſſit audenter corripere delinquentes: ſiue ut experimentũ eius doctrinæ, de domus ſuæ diſciplina noſcatur. a Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe ſicut dei diſpenſatorem. Ipſum dicit epiſcopum quẽ ſuperius preſbyterum nominauit. b Sicut dei diſpenſatorem. Si ergo humanarũ legũ diſpẽſatores preſbyteri quærũtur, & iuſti quales eſſe debent qui diuina iura diſpenſant? c Non ſuperbum, nõ iracundũ, nõ violentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum. Non debet diſcipulus chriſti ꝑcutere: q ꝑcuſſus eſt, & non repercuſſit. Non turpe lucrũ adulando ſectari, terrenum ſcilicet qui cœleſtia & diuina promittit. d Sed hoſpitalem. Primo uitia damnauit, ut uirtutes inſereret ſecundum conſuetudinem ſcripturarum. e Benignum. Vt hoſpites non cum triſticia, ſed cum beniuolentia ſuſcipiat.

Sobrium,